

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Trinitas f cum uariis

O beata ueritas, caritas, eternitas et beatificans trinitas! Ad te me miserabiliter trinitas miserabiliter suspirat quoniam a te infeliciter exulat, discedens a te quantis se interuit erroribus, doloribus, timoribus. Heu me, qualem pro te commutauimus trinitatem! Ratio sepissime in iudiciis fallitur, et uoluntas quadruplici perturbatione iactatur, et memoria multiplici obliuione confunditur. Triplici huic uanitati nobilis creatura subiecta est. Cor meum conturbatum est, et inde dolor; dereliquit me uirtus mea, et inde pauor; et lumen oculorum meorum non est mecum, et inde error. Heu, quam dissimilem trinitatem! O anime mee, trinitas exulans offendisti! Verumptamen, o anima mea, spera in Deo quoniam adhuc confite illi, cum uidelicet a ratione error, a uoluntate dolor, atque a memoria timor omnis recesserit; et successerit illa quam speramus mira serenitas, plena suauitas, eterna securitas. Primum faciet ueritas Deus, secundum caritas Deus, tertium summa potestas Deus.

Bernardus super Cantica sermone XI.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

beata *om.* V²L¹L²; eternitas] o beata *add.* V²L¹L²; beatificans] beatissima P V¹; me] mea M; me miserabiliter] mea misera V²L¹L²; me miserabiliter trinitas *om.* P V¹; infeliciter] infideliter M; exulat] exultat P V¹; interuit] interserit P V¹, intricauit V²L¹L²; heu me...trinitatem! *om.* V²L¹L²; et *om.* V²L¹L²; obliuione *om.* B; uanitati] vnitati P V¹; est] non uolens in spe tamen. heu qualem pro te commutauimus trinitatem? *add.* V²L¹L²; heu] en V²L¹L²; exulans] exulens V¹, exules V²L¹L²; o anima] omni (*cor. intra*) B; o anima mea] quare tristis es anima mea? et quare conturbas me? V²L¹L²; confite] confi C, confitebor P V¹V²L¹L²; et successerit *om.* C; Deus] ut sit Deus omnia in nobis, ratione recipiente lucem in extingubilem, uoluntate pacem imperturbabilem consequente memoria fonti indeficienti aeternaliter inhaerente *add.* V²L¹L²; super Cantica sermone XI.] sermone 11. super Cantica V²L¹L²